UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Redemptoris DCC.XIV. perducitur vsq[ue] ad Annum DCCC.XLII. quo & orta hoc sæculo in Oriente, debellata est penitus Iconoclastia; vt planè qui Tomum hunc Panopliam dixerit aduersus impios Iconoclastas, veritatis scopum attinget, Continet annos C.XXVIII.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 755. Stephani Pap. III. Annus 4. Constantini Copron. Imp.Annus 15.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15233**

Visual Library

nam: pacificam quoque illarum compositionem, & statum, quem etiam Dominus discipulis suis in signum quo cognoscerentur, quid essent sui discipuli, dedit, dicens: Pacem meam relinquo vobis, conservare & roborare studuit. Hos igitur venerabiles & diuinitus viros in Ecclesia Catholica probatos illorum seditiosa sycophantia ferre non potest, &c. & plura alia in detestationem ipsorum.

His igitur blasphemijs & contumelijs in Deum & Sanctos ter miseri homines Synodum absoluerunt, quam (vt dictum est) Septimam Oecumenicam appellarunt. Perseuerasse autem, vt idem pseudoconcilium ab ijs diceretur, Septima Synodus: Acta veræ Septimæ Synodi dicta; Nicænæ secundæ confirmant, quòd plerique ignorantes cùm audierunt ab Orthodoxis Septimam commendari Synodum, putantes hanc ipsam esse hæreticam, scandalum passi sunt, sed de his suo loco inferiùs.

Accipe modò quæ de damnatione huius Septimæ Synodi à diuersis ponuntur, atq; in primis quæ Orthodoxi Orientales habent in libello eidem secundæ Nicænæ oblato his verbis: [a]

*Precamur vestram sanctitatem, vt bono animo eos recipiatis legatos. Habebitis enim trium Apostolicorũ Thronorum concordem sententiam & continentem concordiam. Qui sanè sex generales Synodos ante habitas vnâ voce prædicant. Aliam autem illam, quam Septimã dicunt, non modò non recipiunt, sed vno animo & voce detestantur, vtpote quæ ex hæresi contra Apostolicam & Patrum traditionẽ sit congregata, non aliam ob causam, quàm vt sacrosanctis & venerandis imagines subuertat.* hæc Orientales in dicto Nicæno Concilio, in quo omnium Episcoporum sententia eiusmodi Synodus dicta Septima & Oecumenica condemnata est. Sed longè ante, his ipsis fermè diebus, à primario Catholicæ Fidei Antistite Stephano Papa fuit ipsa penitùs cõdemnata, anathematiq; subiecta.

Etenim omnia quæ Constantinus Imperator contra sacras imagines est operatus, Stephanum Romanum Pontificem irrita reddidisse, monuisseque litteris Imperatorem, vt ab errore desisteret (quod & fecerant prædecessores) testatur Hadrianus Romanus Pontifex in epistola ad Constantinum & Irenem Augustos. Dolemus tam prædara Stephani Papæ monumẽta & adeò necessaria periisse. Quibus tu putas fulminibus conatum esse sanctum Pontificem disijcere molem illam, turrim Babel tam sublimè erectam ab Hagiomachis tentantibus bellum inferre cœlestibus, pollentemque superbo nomine Septimi Concilij Oecumenici pseudosynodum confutare, damnare, ad nihilumque deducere? Planè declarant euenta, eam prorsùs disectam extinxisse, vt nec vlla penitùs mentio de illa sit, nisi cum ab Orthodoxis legitur condemnata. Quin etiam & alios Patriarchas id ipsum præstitisse datis litteris, docent quæ habet idem qui supra Stephanus Martyr verbis illis: *Antistites autem ipsi, hoc est, Romæ, & Antiochiæ, ac Hierosolymorum, & Alexandriæ non modò dogma istud ac dogmatis auctorem grauissimo odio persequuntur, sed etiam per inuectiuas epistolas de ipso triumpharunt, apostatam ipsum ac Dei hostem vocantes, vtpote aduersus Christi imaginem malè ac pestiferè concitatum.* hæc de Imperatore, cuius opere nefarium illud fuit concilium congregatum.

Vbi autem impietas ex eiusmodi infandis legibus robur accepit, mox ijs tamquà incensis facibus armata progressa, quid intactum reliquit, quid non corrupit, & perdidit? ita vt antiquæ pietatis nullibi aliquod sineret esse vestigium: tunc planè accidit, quod Ioannes Damascenus [b] ait; *quod sacras imagines cùm ignominiosissimè tractauissent, easdem in minutissimas partes comminuerent, in ignemq; prouterent, quæ in parietibus erant depictæ partim aquâ calidâ, partim calce, vel aeramento obliterarent.* Tunc & auditum nouum sectarijs nomen: *non* (vt idem ait) *Tyranneuentes dixisse, quid datâ potestate, cùm sectam furore armauerant, eos qui sacras imagines excepissent atque salutassent, plagis & supplicijs sine modo afficiebant.* Sed quæ dispersio Orthodoxorum post dictam Synodum facta sit, dicemus anno sequenti.

## IESV CHRISTI Annus 755.

STEPHANI PAP. III. Annus 4. CONSTANTINI COPRON. IMP. Annus 15.

REDEMPTORIS annus septingentesimus quinquagesimus quintus sequitur, idemque octauâ indictione notatus, quo Aistulphus Longobardorum Rex fœdifragus atque periurus, nullam habens rationem conuentorum pactorum cum Pipino Rege Francorum pro restituendis, quæ ab Ecclesia Romana violenter abstulerat: hoc anno comparato exercitu ad Romanæ Vrbis obsidionem properat, ingenti exæstuans aduersus Romanum Pontificem odio, quod eius causâ Pipinus in Italiam descendisset, bellum gessisset, vicissetque & ad ea restituenda Romanæ Ecclesiæ promittere coegisset. Furens itaq; animo, spiransq; vindictam, ad ruinam Vrbis, & excidium sanctæ primariæ ciuitatis aduenit. *Dixit inimicus* [c] *persequar, comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea, euaginabo gladium meum, interficet eos manus mea.* De his acturi, res ipsas quo gestæ sunt ordine referemus. Simulac igitur Pipinus cum exercitu est regressus in Gallias Aistulphus solutus timore, nec glebam quidem eorum quæ abstulerat, reddere voluit Romanæ Ecclesiæ, quam & nouis exagitare vexationibus cœpit. Ista videns & patiens Stephanus Papa, mox legationem misit ad eumdem Pipinum Francorum Regem, cui & has etiam litteras dedit ex Vaticana Bibliotheca depromptas, his verbis:

I.

*Domino excellentissimo filijs Pipino Regi, & nostro spirituali compatri, seu Carolo & Carolomanno Regibus, & vtrisque Patricijs Romanorum, Stephanus Papa.*

II. EPIST. STEPHANI PAP. AD PIPINVM REGEM CVM AISTVLPHVS FOEDVS FREGIT.

*Prouidi & sapientissimi Salomonis prophetica ita fertur assertio:* [d] *Nomen bonum super misericordiam. Nomen quippe boni est, fidem, quam quis pollicitus fuerit, immaculato corde, & puræ conscientiæ custodire, & operibus implere. Nomen enim boni est, toto viribus ad exaltationem sanctæ Dei Ecclesiæ, per quam & salus Christianorum existit, decertare. Bonum enim inter omnes gentes de vobis exijt nomen, si operibus fuisset impletum. Redemptor namque noster misericors & multum miserator Dominus, illis propitiator existit, qui* [e] *omninò tota mentis integritate fideles, & defensores sanctæ suæ Ecclesiæ cognouerit. Qualis remuneratio aut merces sub cœlo existimanda & conquanda est ad eam, quæ pro defensione Dei Ecclesiæ & domus beati Petri est rependenda? Ideò namq; excellentissimam & Deo protestam bonitatem vestram super turbas populorum & multarum gentium, idem Rex Regum & Dominus dominantium saluos vos instituit, vt per vos sanctæ Dei Ecclesia exaltetur. Potuerat namq; alio modo, vt illi placitum fuisset, sanctam suam vindicare Ecclesiam, & iustitiam sui principis Apostolorum exigere. Sed quia mentem & conscientiam vestram, à Deo protestè spiritualis compater & dulcissimi filij, probare voluit: ideò nostram infelicitatem ad vos peruenire præcepit.*

III. STEPHANI PAPÆ LABORES

*Tradidimus enim corpus & animam nostram, in magnis laboribus viam spaciosam & longinquam prouinciam, valdè sisi in vestra fide, per Dei nutum illuc profecti sumus, afflicti niue & frigore, æstu, & aquarum inundatione, atque validis fluminibus; ac atrocissimis montibus, seu diuersis periculis. Etenim dum vestris mellifluis obtutibus præsentati sumus, omnes causæ Principis Apostolorum in vestris manibus commendauimus. Quandoquidem inspirati à Deo, autem petitionibus nostris accommodare dignati estis: & vos beato Petro pollicitis estis eius iustitiam exigere, & defensionem sanctæ Dei Ecclesiæ procurare, & vt vere fideles Deo, per à morte pro defensione Ecclesiæ Dei properastis ad dimicandum. Sed omnipotens Dominus, qui conterit bella ab initio, qui superbos humiliat, & humiles exaltat, illicò* * *iustitiam beati Petri vestra bonitati & omnibus Christianis demonstrauit: & tale præfulgidum miraculum ostendit, quale omninò gloriosum est reverendum. Illi enim inimici Dei, & sanctæ Ecclesiæ, qui in sua ferocitate confidebant,* [e] *veloces pedes habentes ad effundendum sanguinem, super breuem numerum populi vestri irruerunt: & ita per manus beati Petri omnipotens Dominus victoriam*

[a] Act. 3. [b] Orat. 1. [c] Exod. 15 [d] Eccl. 7. [e] Pal. 13

vobis largiri dignatus est, vt illi qui numero auiles existebant, a paucis hominibus fuissent interempti: & humiliati sunt ipsi inimici beati Petri vsque ad terram, & in timorem & tremorem in illis Dominus immisit per intercessiones beati Petri, vt ad nihilum deuenirent. non enim gladius hominis, sed gladius Dei est qui pugnat.

IV. Videns namque suam deceptionem * iniquus Aistulphus Rex, cum suis à Deo destructis iudicibus per blandos sermones, & suasiones, atque sacramenta illuserunt prudentiam vestram, & plus illis falsa dicentibus, quam nobis veritatem asserentibus credidistis. Magno namque dolore & tristitia, excellentissimi filij, cor nostrum repletum est. Cur minimè bonitas vestra nos audire voluit? Omnia denique quæ per Dei visionem vobis locuti sumus, veraciter ediximus, & iam patefacta sunt, vt facta ipsa demonstrat. Etenim sicut primitus Christianitati vestræ ediximus, iniquus Aistulphus Rex, ingresso in eum perfido corde diabolo, omnia quæ per sacramentum beato Petro per vestros Missos restituenda promisit, irrita fecit, & nec vnius palmi terræ spacium beato Petro reddere voluit. A die enim illo, à quo mellifluâ bonitate vestrâ separati sumus, tantum nos affligere & tribulare visus est, quantum non potest os hominis enarrare: In magna namq; dilectione sanctam Dei Ecclesiam, & nostram humilitatem, & vestros Missos habere visus est. Quia etiam & ad propriam nostram animam auferendam mala eius imperatio & summissio facta est. Quid multa dicimus? tantum nos tribulauit, * quia etiam, si dici potest, & ipsi lapides pro nobis flerent: Tamen omnia vestet confiteatur * Vualradus presbyter & Abbas, vnà cum suis socijs, si Deum præ oculis habent, vobis enarrare possunt. Non enim iam reddere, vt constituit, propria beati Petri voluit: sed etiam scamarias atq; depredationes, seu deuastationes in ciuitatibus, & locis beati Petri facere sua imperatione non cessauit, nec cessat.

V. Oblitus quippe est Domini qui fecit eum, & fidem Christianam transgressus est. Quomodo vlteriùs credendus est aut ipse, sive eius consentanei, cum in tanta Dei mysteria sacramenta præbuerunt, & noluerunt obseruare? Verè enim omnia vobis prædiximus de eius impij Regis falsitate & mendacio. Et quemadmodum diximus, manifestata sunt vobis, & periurium eius declaratum est. Pro quo peto vos excellentissimi & à Deo protecti filij, & nimis obsecro, doleat vobis pro sancta Dei Ecclesia & beati Petri causa; & quæ per donationem beato Petro offerenda promisistis, ei possidenda contradere debeatis. Mementote, & semper in vestris recordijs firmiter tenete quod promisistis eidem Ianitori Regni cœlorum. Nullatam vos seducat cassio, aut acceptilatio. Considerate quàm fortis existit exactor idem Princeps Apostolorũ beatus Petrus. Videte, omnia quæ ei promisistis, & per donationem offerenda pollicti estis, contradere festinate, vt non longeatis in æternum, & condemnati maneatis in futura vita. Vita enim huius mundi brevis est, & sicut vmbra declinat, & sicut vestimentum inueterascit. Illam vitam æternã quam vobis beatus Petrus pro sua causa & iustitia promisit, totâ mente, & integro corde quærite.

VI. Decertate, bonum opus, quod cœpistis, implere: & quæ per donationem manu vestra confirmastis, protectori vestro beato Petro reddere festinate. Quoniam scriptum est: * Melius non vouere, quam vouere & votum non reddere. Sciatis enim, quia sicut chirographariam vestram donationem Princeps Apostolorum firmiter tenet, ita necesse est vt ipsum chirographum expleatis: ne dum iustus iudex ad iudicandum viuos & mortuos, & sæculũ per ignẽ aduenerit in futuro iudicio, idem Princeps Apostolorum idem chirographum demonstrans nullã habere firmitatem, districtius cum eo faciatis rationes: sed magis explete quod promisistis velociter, vt iterum vitam æternam, quam ab ipso Principe Apostolorũ promissam habetis, possideatis. Conuero vos, excellentissimi & à Deo protecti filij, per Deum omnipotentem, qui continet omnia sua potentia, & per sanctam eius Matrem gloriosam semper Virginem Mariam Dominam nostram, atq; per Virtutes cœlorum, & per beatos Principes Apostolorum Petrum & Paulum, atq; per tremendum iudicij diem, vbi omnes constrictè ad reddendam de nostris factis rationem astare habemus, vbi nulla est ingeniosa excusatio: velociter & sine vllo impedimento, quod beato Petro promisistis per donationem vestram, ciuitates & loca, atq; omnes obsides & captiuos beato Petro reddite, vel omnia, quæ ipsa donatio continet. Quia ideò vos Dominus per humilitatem meam, mediante beato Petro, vnxit in Reges, vt per vos sancta sua exaltetur ecclesia, & Princeps Apostolorum suam susipiat iustitiam.

Magnum desiderium est in nostro corde, vestros mellifluos vultus aspicere, & de vestra iucunditate lætitia gaudere, iuxta quod sapientissimus ait Salomon: b Per vicos & plateas quæsiui quem dilexit anima mea. Et certè quos dileximus per Dei visionem inuenimus, & quos desiderauimus amplexi sumus: pro quo ipsa est super vos benedictio & gratia beati Petri, vt Dominus suis præcepistis: & Princeps Apostolorum præ cæteris Regibus & gentibus vos suos peculiares faciens, omnes suas causas vobis commisit: Et Regni cœlorum decertaueritis. Conuiuia namq; nostri populi Romanorum, magno dolore & amarissimis lachrymis vna cum prouinciam propter animos, & præsertim vbi cum nostra minata est: sic vacui & infructuosi sive effusi inferuersi sumus. Attamen nos infelices iuxta Dominum præceptum egimus, & omnes causas beati Petri vobis commendauimus: Et vobis pertinet hoc sive ad peccatum, sive ad meritum. Nam & omnes gentes ita firmiter tenebant, quod beatum Petrum vestrum fortissimum brachium suum percepisse iustitiam: & fidei non est, & in magno cordis stupore de hoc omnes mouemur.

Sed peto excellentissimam bonitatem vestram, vt temporum hoc à gentibus extollatis: & omnibus fideles vestram operationem ostendate, eò quòd fides, vt scriptum est, c sine operibus mortua est. Cum qua enim fiducia aut fortitudine ad expugnandos inimicos vestros pergere potestis, si iustitiam beati Petri, vt promisistis & initiastis, non perficeritis? Si enim vt cœpistis operibus adimplueritis: eritis semper victores, & fortissimi super vestros inimicos, & præsens Regnum per multorum annorum spacium bona possidebitis fama, & vitam percipietis æternam. Tantopere dir eximus ad vos Vuilharium venerandissimum & sanctissimum fratrem & Coepiscopum nostrum & fidelem, qui vobis omnia de nostra tribulatione & causa beati Petri propria ore enarrat. Cui in omnibus credere debeatis, & extra bonum in causa beati Petri ponere. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat. Bene valete. hactenus litteræ Stephani Papæ ad Pipinum Regem & filios eius.

Sed quid prætereà Aistulphus post hæc? Non solùm negauit perfidus reddere quæ erant Ecclesiæ, sed & quæ reliqua essent est conatus inuadere, studens totis viribus & ipsâ potiri Vrbe, si licuisset: cuius rei gratiã, vt hoc perficeret, ex omnibus gentibus sibi subditis peraualdum comparauit exercitum, atque exæstuans furore barbarico, & obsidionem properat Vrbis. Id quidem ex litteris ab eodem Stephano ad ipsum Pipinum tunc directis, paulò post hic recitandis apparet. De ipsa autem Vrbis obsidione quæ Anastatius habet, primùm hic describamus, qui ait: Post aliquanta temporum spatia furor vehementi repletus aduersarius ille & sua animo inimicus Aistulphus, Deo sibi contrario, quæ promiserat minimè adimplens, sed etiam generalem faciens commotionem, cum ruinosis hominibus Longobardorum populo contra hanc Romanam aduenit Vrbem, quam per trium mensium spacia obsidens, atque omni circumdans parte, quotidie eam fortiter expugnabat; omnia extra Vrbem posita ferro & igne deuastans, atque funditus demolens consumpsit, imminens vehementius idem possessor Aistulphus, vt hanc Romanam capere posset Vrbem. Nam & multa corpora Sanctorum, effodiens eorum sacra cœmeteria, ad magnum animæ suæ detrimentum abstulit.

Hæc itaque impiè ab eodem Astulpho gesta quanto citius sæpe dicti Francorum innotuerunt Regi in aures. Sed & beatissimus Pontifex per * maximum ter suos ordinauit ad eum in Francia dirigit Missos vnà cum quodam religioso viro Vuarnerio nomine, qui ab eodem Francorum Rege hæc Romam direxit suam, & cuncta quæ gesta sunt, & quæ crudeliter tyrannus ille perpetrauit Aistulphus subtili fictione, suis Apostolicis relationibus sæpe sæpe Christianissimo & Dei cultori Pipino Francorum innuit Regi, adiurans eum fortiter firmiterq; sub diuina die iudicij obtestatione, ad cuncta quæ beato Petro pollicitus est adimplenda. Extant ipsæ litteræ, datæ quinquagesimo quarto obsidionis die, vt in eis apparet; quæ sic se habent:

Dominis excellentissimis, Pipino, Carolo, & Carolomanno * tribus Regibus, & nostris Romanis Patricijs, seu omnibus Episcopis, Abbatibus, presbyteris, & monachis, seu gloriosis Duci-

Comitibus,

IV. * deest in illo exemplari.

DE AISTVLPHI PERFIDIA.

* vt

* Fulradus

VI. * Eccl. 4.

Comitibus, vel cunctis exercitibus Regni & provincia Francorum, Stephanum Papa & omnes Episcopos, presbyteros, diaconos, seu Duces, Christianos, Comites, Vicinos tenentes, & universum populum & exercitum Romanorum, omnes in afflictione positos.

Quantâ luctuosâ & amarissimâ tristitia circumdati, quantâ angustiate atque angustiâ coarctati sumus; & quantas, ut breviaverim cunctaque mala, oculis nostris destillantes profundant lachrymas, credimus quod & psalmorum elementorum fregmentum tetigerit. Quis enim harum tribulationum conscitus non lacrimat? Quis amicis harum nobis inhabitantium calamitatum non condolet? Quandoquidem columbam bonæ famæ in Sofonna publicè vastatam gemimus: ⁴ angustia nobis undique, & quid agamus ignoramus. O Christianissimi, ecce venerunt nobis dies angustiæ, præsidiat dies fletus & amaritudinis: quando, quod timebamus à Longobardis, euenit. Pro quo angustiati, afflicti, & ex omni circumquaque parte circumdati ad eorum nequissimo Astulpho Rege, & gente, cum Propheta Dominum deprecantes dicimus: ⁵ Adiuuanos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui liberas nos. Et rursum: ⁶ Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium nostrum: Ecce enim cognitum habemus, quomodo paucis ante à profano impio Astulpho Rege & eius gente deseptata sunt, & qualiter nobis iuxta, vt cernitis, & per omnium sacramenti confirmatum est, valuimus imperare. Et tamen quia nullum augmentum nobis factum est, & in ipsis ⁷ Ianuarij Calendis cunctos eosdem Longobardorum exercitus, & Tyrsia patrimonia in hac civitate Romanam contuxerunt, & resederunt iuxta portam beati Petri, atque beati Pancratij & Portuensem. Ipse verò Astulphus cum aliis exercitibus conuxit ex alia parte, & suæ fixit tentoria iuxta portam Salariam & castra portat. Et sapiens nolo dicere: Aperite mihi portam Salariam, & ego ingrediar confitebor: & tradite mihi Pontificem vestrum, & patientiam agam in vobis. Sumuimus videre ne muros euertens, vno vos gladio interficiam, & videam qui vos eruere possit de manibus meis.

Sed & Beneuentani omnes generaliter se in hac Romanam Vrbem conjungentes, resederunt iuxta portam beati Ioannis, & beati Paulli Apostoli, & cæteras istius Romanæ Vrbis portas. Et omnia extra portam prædia longè latè, ferro & igni consumpserunt: domos omnes combuentes pene ad fundamenta destruxerunt, Ecclesias Dei incenderunt, & sacratissimas Sanctorum imagines in ignem proiicientes, sua gladijs consumpserunt. Et munera sacrata, id est, corpus Domini nostri Iesu Christi in sua contaminatione vasis, quæ solet vocari, mersuerunt: Et cibo carnium coquo sacrato, comedebant eadem munera. Velamina altarium, Ecclesiarum Dei omnia ornamenta (quod vinia crudelè dicè est) inferentes in proprijs vtilitatibus vsi sunt. Seruos Dei monachos, quos efficè de uno in monasterijs mortabantur, plagis maximis tundentes laceraverunt: & sanctimoniales feminas, atque reclusas, quæ ab infantia & pubertatis tempore pro Dei amore sese clausas tradiderunt, destrahentes cum magna crudelitate violauerunt; quin etiam & in ipsa contaminatione alias interficere nolluerunt.

Et omnes Domos cultus beati Petri igni combusserunt, vel omnium Romanorum (vt dictum est) domos combuentes extra vrbem funditus destruxerunt, & omnia peculia abstulerunt, & vineas ferro ad radices abscideruntur & messes conterentes omnino deuorauerunt: & neq; domus nostra sanctæ Ecclesiæ, neq; unquam in hac Romana Vrbe commorantes spes remansit viuendi, quia (vt dictum est) omnia ferro & igni consumpserunt, & multos homines interfecerunt. Sed & copiosam familia beati Petri vel omnis Romanorum, tam viros quam mulieres ingulauerunt, & alios plures captiuos duxerit. Nam & innocentes infantulos à mammillis matrum suarum separantes, ipsosq; vt poluentes, inter eorum ipsimpy Longobardi: & tanta mala in hac Romana Vrbe fecerunt quanta certè nec Pagana gentes aliquando perpetrarunt. Quin etiam (si dicere potest) & ipsi lapides nostras desolationes videntes vlulant nobiscum.

Quinquagenta & quinque dies hanc afflictam Romanam ciuitatem obsidentes, & ex omni parte circumdantes prælia fortissima die noctuq; cum pessimo furore incessanter cum diuersis machinis & admaciationibus plurimis contra nos ad muros istius Romanæ Vrbis commiserunt: vt sua potissimè (quod auertat dominus) sapiente, omnes vno gladio eiusdem inimicus Astulphus interimeret. Ita enim cum magna furore nos expugnantes asserebant: Sine circumdati estis à nobis; ⁸ vt ne nunc Franci & eruant vos de manibus nostris. Nam & ciuitatem Narniensem quam beato Petro ab estolim abstulerunt, & aliquas ciuitates nostras comprehenderunt. Quamobrem constricti, vix potuimus maximo timore præsentes nostras litteras & missam ad vestram Christianitatem dirigere, quas & cum magna lachrymis scripsimus.

Vende ⁹, dilectissimi nobis, peto vos, & tanquam præsentialiter assistentes cum diuinis misteriis coniuro coram Deo viuo & vero, & cum Principe Apostolorum B. Petro, vt sub nimia festinatione nobis subueniatis, ne pereamus cum post Deum, in manibus vestris nostri & omnium Romanorum commissimus animas. Nonnos derelinquatis sicut vos derelinquat Dominus in omnibus vestris actibus. Non nos spernatis: sicut vos spernat Dominus, eius inuocantes potentiam. Ne elongetur à nobis auxilium vestrum, Christianissimi; sic non elongetur Dominus auxilium suum à vobis, dum ingressi fuerit contra inimicos vestros ad dimicandum. Adiuuate nos sub magna velocitate, dilectissimi nobis, currite, occurrite * & subuenite nobis, antequam gladius inimicorum ad cor nostrum pertingat. Peto vos ne pereamus: ne quando dicant gentes, quæ in eundo orbe terrarum sunt: Vbi est fiducia Romanorum, quam post Deum in Regibus, & in gente Francorum habebant? Ne nos petas ita pereat, & ne discrasia nobis ad solatia daudum, nec à vestro separetur auxilio: sic non sitis alieni à Regno Dei, & ne obiuvet Dominus aures suam vestras ad exaudiendas preces: & ne auertat faciem suam à vobis in illo futuro examinis die, quando cum B. Petro, & cæteris suis Apostolis ad iudicandum sederit omnium ordinem, omnemq; potestatem humanam, & satanam per ignem iudicauerit, vobis (quod auertat dominus) Nesciis vos, quia non auxiliatis istis Dei Ecclesiæ defendere minime properastis, eum periclitantem populum peculiarem.

Audite nos, dilectissimi, audite nos, & subuenite nobis: ecce adest tempus saluandi nos: saluate nos antequam pereamus, Christianissimi. Omnes etenim gentes, quæ circumquaq; sunt posita, & ad vestram pet Dei potentiam Francorum fortissimam gentem refugium fecerunt, salua facta sunt. Et si omnibus auxilium impartire non dignatis, multò amplius sanctam Dei Ecclesiam, & eius populum de inimicorum impugnatione deberata liberate. Confidentes atque delectissimi, & omnimò perseuerate (per Deum viuum vos iuramo) quoniam post Deum, & eius Principem Apostolorum, nostra animum Romanorum anima in vobis pendent: & si perire (quod absit) eas contigerit, pensate in cuiusmodi ruinam respicitis ad peccatum. Certè enim omnimò credite, Christiani fiunt, si nobis aliqua euenerit calamitas (quod absit) periclitandis: vos de omnibus anteribunal Dei eritis reddituri rationem. Sed magnificentissimi nobis, agite, & liberate post Deum in vobis confugientes, vt fructu bonum afferentes in futuri examinis die mereamini dicere: Domine noster Princeps Apostolorum B. Petre, ecce nos clientuli tui, cursum consummantes, fidem seruantes tibi, Ecclesiam à superna Dei clementia commendatam de manibus persequentium defendentes liberauimus, & assistentes immaculati coram te, offerimus tibi pueros, quos nobis commisisti de manibus inimicorum eruendos, sospites atq; incolumes existentes. Tunc & in pacis vita, & in futuro sæculo, cælestium præmiorum gaudia adipisci mereamini, audientes paternam desuper ab eleemq; vocem illam inquientis de: Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.

Quare dilexissimi præsentem nostrum Missum Georgium, reuerendissimum ac sanctissimum fratrem & Coepiscopum nostrum, atque * Vuarnebarium religiosum Abbatem Missum vestrum, seu * Homaricum, & Comitem magnificas eosdem vestros missos, qui omnes nostros dolores, & cunctas desolationes, quas à Longobardorum gente, & eorum proterua Rege passi sumus, & assiduè patimur, vobis subtilis enarratione, quæ propriis oculis viderunt, viuâ voce edicere debeant. Quibus & in omnibus tanquam nobismetipsis credere * debeatis, & nostram liberationem nimis festinanter procurare.

Et coniuro vos per Deum viuum & verum, vt nequaquam amplius descredatis nostras afflictiones, & negligentiam ponatis ad liberandum nos: ne (quod absit) si amplius credere distuleritis, & neglexeritis nos * eruendum, nobis (quod auertat dominus) ipsum calamitas peruenda, & vobis pertineat ad magnum detrimentum, & peccatum atq; condemnationem in præsenti, & æterna vita, quæ vobis animas omnium nostrorum Romanorum tradidimus. Sed magis magisq; vos (vt prædictum est) conuoramus per Patrem & Filium & sanctum Spiritum, Trinitatem indiuisam vt nostras tribulatio-

XIV. INITIUS PRECIBUS PETITA VXILIVM STEPH. PAP.

* succurrite

XV. MAGNA FRANCORVM GLORIA IN SVBVENIENDIS OPPRESSIS.

d Matth. 25.

XVI. LEGATI IN GALLIAM MISSI.

* Vuarnonium
* Thomaricum
* iubeatis

* eruendo

ITERVM QVE STANDO CLAMAT

tribulationes & angustias atque dolores & desolationes credere sine qualibet ambiguitate * iubeatis, & nobis propter Deum subuenire, & ad liberandum nos de manibus Longobardorum inimicorum nostrorum nimis festinanter occurrere iubeatis, vt fructum afferentes copiosum, & vitã æternã, intercedente beato Petro, persuasi mereamini. Præfatus verò Vuarnehar ius pro amore beati Petri lorica se induens, per muros istius afflicta Romana ciuitatis vigilabat die noctiq; & pro nostra omnium Romanorum defensione atq; liberatione, vt bonus athleta Christi decertauit totis suis cum viribus. Bene valete.

* debeatis

XVII. Audisti dolores vt parturientis, & hominis in maximis angustijs animi constituti, afflictati, excruciati, & in tam imminenti periculo ope humanã penitùs destituti; Hinc euenit, vt idem sanctissimus Pontifex longè clamans, & petens auxilium in tanto vnã cum suis discrimi positus, omninò exaudiretur, clamoribus suis clamores Sanctorum coniungeret, & (quod nunquã hactenùs factũ vidimus) Petrum Apostolorum principem vnã secum clamitatem inducens, Petri ipsius nomine litteras ad eundem Principem scriberet, quo magis mereretur audiri. Quid enim importuna & imperiosa necessitas intentatum præterit, vel inexpertum relinquit? Extant ipsæ litteræ, quas itidẽ duorũ factã exemplariũ collatione, sic accipe.

Petrus vocatus Apostolus à Iesu Christo Dei viui Filio, qui ante omnia sæcula cum Patre regnans in vnitate Spiritus sancti, in vltimis temporibus pro nostra omnium salute incarnatus & homo factus, nos suo redemit pretiosi sanguine, per voluntatem Paternæ gloriæ, quemadmodum per sanctos suos destinauit prophetas, in scripturis sanctis, & per me omnis Dei Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, caput omnium Ecclesiarum Dei, ipsius Redemptoris nostri sanguine supra aeternam fundatæ petram, atq; eiusdem almæ Ecclesiæ Stephano profuturi, Gratia, pax, & virtus ad eruendam eandem sanctam Dei Ecclesiam, & eius Romanum populum mihi commissum de manibus persequentiũ, plenius ministretur à Domino Deo nostro, Vobis viris excellentissimis Pipino, Carolo, & Carolomanno tribus Regibus, atque sanctissimis Episcopis, Abbatibus, presbyteris, vel cunctis religiosis monachis, verùm etiam Ducibus, Comitibus, & cunctis generalibus exercitibus, & populo Francia commorantibus. hactenùs inscriptio, sequitur epistola.

XVIII. EPIST. STEPHANI PAP. NOMINE PETRI ET SVO.

Ego Petrus Apostolus, dum à Christo Dei viui filio vocatus sum superna clementia arbitrio, illuminatus ab eius potentia totius mundi sum præordinatus, ipso Domino Deo nostro conformante [a]: Ite docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti. Et iterum [b]: Accipite Spiritum sanctũ: quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & mihi suo exiguo seruo vocato Apostolo singillatim suas commendans oues, ait [c]: Pasce oues meas, pasce agnos meos. Et rursus [d]: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorũ non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues Regni cælorũ: quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælis. Quamobrem omnes qui meam audientes impleuerunt prædicationem, profectò credant sua in hoc mundo Dei præceptione relaxari peccata, & mundi, atque sine macula in illam progredientur vitam. Etenim * quibus illuminatio Spiritus sancti in vestris refulsit præfulgidis cordibus, vos, amatores effectiosis sanctæ & vnicæ Trinitatis per susceptum Euangelicæ prædicationis verbum: profectò in hac Apostolicæ Dei Romanæ Ecclesiæ nobis commissa, vestra futura retributionis spes tenetur annexa.

a Matth. 28.
b Ioan. 20.
c Ioan. 21.
d Matt. 16.

* quia

XIX. Ideoq; ego Apostolus Dei Petrus, qui vos adoptiuos habeo filios, ad defendendũ de manibus aduersariorum hanc Romanam ciuitatem, & populum mihi à Deo commissum, seu & domum, vbi secundùm carnem requiesco, de cõtaminatione gentiũ eruendam, vestram omnium prouocans dilectionem adhortor, & ad liberandam Ecclesiam Dei mihi à diuina potentia commendatam omninò protestans admoneo, pro eo quod maximæ afflictiones & oppressiones à pessima Longobardorũ gente patiuntur. Nequaquam aliter teneatis, amantissimi, sed pro certo confidite, memetipsum tamquam in carne coram vobis viuum assistere, & per hanc adhortationem validè constringere atq; obligare adiurationibus. Quia secundum promissionẽ, quam ab eodem Domino Deo & Redemptore nostro accepimus, peculiares inter omnes gentes, vos omnes Francorum populos habemus.

FRANCI PECVLIARES FILII S. PETRI.

Itaque protestor, & admonco tamquam * augmentis, & summa obligatione coniuro vos Christianissimos Reges, Pipinum, Carolum, & Carolomannum, atque omnes sacerdotes, Episcopos, Abbates, presbyteros, vel vniuersos religiosos monachos, & vel cunctos Iudices, item Duces, Comites, & cunctum Francorum Regni populum, & tamquã præsentialiter in carne viuos assistens coram vobis ago ego Apostolus Dei Petrus: ita firmiter credatis, & tutiùs auiẽ à vobis non desint. Quoniam scriptum est: Qui suscipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem suscipit prophetæ.

Scit & Dominus noster à Dei Genitrix semper Virgo Maria nunc & iubet, simul etiam & Throni, atq; Dominationes, vel cunctus cælestis militia exercitus, necnon & Martyres, atq; Confessores Christi, & omnes omninò Deo placentes, & in nos sumo adhortantes, & coniurantes protestantur: quatenus dicam vobis pro timitate ista Romana nobis à Domino Deo ikonisa, & vobis Dominicis in ea commorantibus, necnon & pro sancta Dei Ecclesia mihi à Domino commendata: defendite atq; liberate eam sub festinatione de manibus persequentiũ Longobardorũ, ne quod absit) corpus meum, quod pro Domino Iesu Christo tormentis appensum est, & domus mea, vbi per Dei præceptionem requiescit, ab eis contaminentur, & populus meus peculiaris lanetur emptus, nec trucidetur ab ipsa Longobardorũ gente, qui tanto fugere pauori, rei existunt, & transgressores diuinarum scripturarum probantur. Præstate ergò populo meo Romano mihi à Deo commisso, in hac vita fratribus vestris, Domino cooperante, prædicatis vestris verbis, vt ego Petrus vocatus Dei Apostolus in hac vita, & in die futuri examinis vobis alternã impendens patronos, in Regno Dei lucidissima ac præclara vobis præparem tabernacula, atq; præmia æterna retributionis, & infinita paradisi gaudia vobis polliceor ad vicem tributam: dominodo meum prædicatis populum & Romanã meam ciuitatem, fratres vestros Romanos de manibus iniquorum Longobardorum nimis velociter defendite.

Currite, per Deum viuum & verũ vos adiuro & protestor. Currite, & subuenite, antequam fons viuus, vndefluitis gratuitatis estus, arescat: antequam ipsa mystica fauilla de flagrantissima flamma remanens, de qua vestram luceat cognitio, extinguatur: antequam mater vestra spiritualis, sancta Dei Ecclesia, in qua vitam speratis accipere æternã, humiliatur insultetur, & ab impijs violetur, atq; contaminetur. Protestor vos, dilectissimi filij mei adoptiui, per gratiam Spiritus sancti protestor, & vnã coram Deo terribili, creatore omnium, adiuro atq; obsecro ego Apostolus Dei Petrus, & vnã mecum sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia, quam mihi Dominus commisit: ne patiamini petræ hanc ciuitatem Romanam, in qua corpus meum requiescit Dominus, quam & mihi commendauit, & fundamentum fidei constituit: Liberate eam, & eius Romanum populum fratres vestros; & nequaquam inuadi permittatis à gente Longobardorum. Sic enim sint intuitæ prouinciæ & possessiones vestræ à gratia ignoratis. Non separemini à populo meo Romano: si enim non sitis alieni aut separati à Regno Dei, & vita æterna. Quisquis enim poscetis à me, subuenium vobis videbor, & patrocinium pendam. Subuenite populo meo Romano, fratribus vestris, & perfectius decertate, atque * finem imponat liberationis. Nullus enim accipit coronam, nisi qui legitimè decertauerit: & vos decertate fortiter pro liberatione sanctæ Dei Ecclesiæ, ne in æternum pereatis.

Coniuro vos (vt præfatum est) dilectissimi, per Deum viuum, & omninò protestor, nunquã permittatis hanc ciuitatem nostram Romanam, & in ea habitantem populum amplius à gente Longobardorum lanitari, ne lanientur & crucientur corpus & anima vestra in æterno atq; inextinguibili igni tartarei cum diabolo & eius pestiferis angelis: & ne dispergantur amplius oues Dominicæ gregis mihi à Deo commissæ, videlicet populus Romanus: ne forte dispergat & proiciat Dominus, sicut ipse ait Iesus populum dispersum est.

Declaratum quippe est, quòd super omnes gentes, quæ sub cælo sunt, vestra Francorũ gens Apostolo Dei Petro præ * cæteris, & ideò Ecclesiam, quam mihi Dominus tradidit, vobis per manus Francarij mei commendauit ad liberandũ de manibus inimicorum. Sic enim scriptum est: & laca imperatoris Dei caliter nostrorum Rex, & Dominus Apostolorum Petri, & in omnibus vestris necessitatibus, cum modo precatus fuerit, auxiliatrix sum, & victoriam per Dei virtutẽ vobis de inimicis vestris tribuam.

* augmentis

* cæteris

& in ante attribuam nihilominus, credite, si ad liberandum hanc meam civitatem Romanam nimis celeriter accurretis. Memetipse & hoc, quemadmodum & inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ, dum contra vos prælium incepissent, à vobis qui parum mouere contra eos fecistis, profugos feci. Propterea decertate, hanc meam velociter adimplete admonitionem, vt perfectius mea omnimoda auxilia adipsi, per gratiam quæ mihi data est à Christo Domino Deo nostro.

XXIII. Ecce, fili carissimi, prædicamus admonitiones vos. Si obedieritis velocitèr: ejus vobis pertingens ad magnam mercedem, & meis suffragiis adiuuari, & in præsenti vita omnes vestros inimicos superantes, & longeui existentes, bona terræ comedetis, & æternæ procellabis fructum: vita. Sin autem (quod non credimus) & aliquem posueritis moram, aut admonitionem, minimè velociter hanc nostrâ adimplendâ adhortationem, ad liberandâ hanc meam civitatem Romanam & populum in ea commorantem, & sanctam Dei Apostolicam Ecclesiam à Domino mihi cõmissam simul & eius præsulem: sciatis vos ex auctoritate sancta & vnica Trinitatis per gratiam Apostolatûs quæ data est mihi à Christo Domino, vos aliunde protinus refrenare nostra adhortatione à Regno Dei, & vita æterna. Sed Deus & Dominus noster Iesus Christus, qui nos suo pretioso sanguine redimens, ad lucè perduxit veritatis, nos quoq; prædicatores & illuminatores totius mundi constituit, det vobis ea sapere, & intelligere, eaq; disponere omnia velociter; vt celeriùs hanc ciuitatem Romanam, & eius populi, seu sanctam Dei Ecclesiam mihi à Deo commissam ad eruendum occurratis, quatenus nos eum dicer, sicut fidelibus sua potentia, meis pro vobis interuentibus suffragiis, & in præsenti vita longeuos sospites, & victores conseruare iubeat, & venturo in sæcula donasse remunerationis faciat multiplicis promereri cum Sanctis & electis suis. Bene valete.

XXIV. His accepis litteris Pipinus Rex, qui nihil antiquius vnquam habuit, quàm Romano Pontifici, cui & Regnum acceptum ferebat, inferre, ipsique Romanæ Ecclesiæ præsto esse: mox comparato exercitu, expeditionem in Italiam aduersus Regem Longobardorum fœdiraguna parat. Quomodo autem, præuio eodem Apostolorum principe Petro, res quàm felicissimè gesta est, Anastasius narrat his verbis:

Auditò ad hæc Christianissimus Pipinus Francorum Rex ferueo solito motu, iterum cum Dei virtute generalem faciens motionem, ad Longobardorum partes commouit, peruenit scilicet ad Clausas, & funditùs eorundem euertit Longobardorum exercitum. Etenim cum ad prædictas Longobardorum Clausas iam factus Christianissimus Pipinus Francorum appropinquaret Rex, commouerunt in hanc Romanam Vrbem Imperiales Missi Gregorius scilicet Protosecreta, & Ioannes Silentiarius directi ad prædictum Francorum Regem. Quos sapiens beatissimus Papa, eiusdem motionem profati Francorum Regis mouitant: quod quidem illi dubium habuerunt credendi, & adhærens eis Missum Apostolica Sedis, ex in Franciam absolut, dimisit videlicet. Et pergentes matutinis temere, quantocyus Mafiliam aduenerunt. In quam pernocantes diuerunt, iam prædictum Francorum Regem Longobardorum fines fuisse ingressum, iuxta adhortationem antefati beatissimi Papa, & promissionem quam beato Petro iureiurando dederat. Et hæc cognoscentes ipsi Imperiales Mi. tristes effecti, nihil autem doluerè Missum Apostolica Sedis detinere Mafilia, vt minimè ad dictum properaret Regem, affligentes eum valdè. Sed interueniente beato Petro Apostolorum Principe, eorum calida ad nihilum deducta est versutia.

XXV. Itaque vnus ex eis, Gregorius videlicet, Protosecreta præcedens Apostolica Sedis Missus, celeriter prænuntiatâ Francorum adventu est Christianissimo Regem, quem & in finibus Longobardorum non procul à Papia reperit ciuitate. Et nunciis eum deprecans, atq; plura spondens tribus Imperialia munera, vt Ravennatium vrbem, vel cæteras eiusdem Exarchatus ciuitates & castra Imperialis tributos cederet dixit. At ne quaquã valuit serenissimus ille Christianissimus atq; benignissimus filius Dei, & amator beati Petri Apostoli, solicet antefati Papæ Francorum Regem inclinare cor, vt easdem ciuitates & loca imperialis tribueret dicens, esse vnus Dei cultor mitissimus Rex. nulla penitus ratione easdem ciuitates à potestate beati Petri, & iure Ecclesiæ Romanæ, vel Pontificis Apostolicæ Sedis quoquo modo alienari patiri, nisi sub iuramento, quod nullus horum fauore sese certa-

mini sæpè dedisset, nihil pro ancore beati Petri, & vnus debitorum, asserens: & hoc quod nulla eum thesauri copia fudere valeret, vt quod semel beato Petro obtulit, auferret. Et hoc prædicto Imperiali Misso reddens in responsis; continuò eum ad propriam meam ciuitatem per aliam viam absoluit; qui & sine effectu Romam conuenit.

XXVI. Dum verò antefatus benignissimus Pipinus Francorum Rex Papiam obsidens, constringeret ciuitatem: tunc Aistulphus atrocissimus Rex Longobardorum, vt vinã sibi tribueret, rogauit, & quasi prius contempserat conscriptam pallidè reddere ciuitates, se modis omnibus professus est redditurum. Et denuò confirmato antecedenti pacto, quod per elapsam est annam Indictionem inter partes conuenerat, restituit ipsas ciuitates, ad Iesi & castrum, quod cognominatur * Comiaclum. De quibus omnibus receptis ciuitatibus donationem in scripto beato Petro atq; sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vel omnibus in perpetuum Pontificibus Apostolicæ Sedis emissa possidendam; quæ & vsque hactenus in Archiuis sanctæ nostræ Ecclesiæ reconditæ tenetur. Ad recipiendas verò ciuitates missa ipse Christianissimus Francorum Rex summi consiliarium, id est, Fulradum venerabilem Abbatem. Et continuò eum eximetis cum suis exercitibus Franciam repedauit.

REDDITA CIVITATES ECCLESIÆ ADDITO COMACLIO. * al. Comaclum

Prænotatus autem Fulradus venerabilis Abbas & presbyter Ravennatium partes cum missis tam fatis Aistulphi Regis conuingens, & per singulas ingrediens ciuitates, tam Pentapoleos, quàm Æmiliæ, eas, recipiens, & obsides per vnamquamq; auferens, atque Primates eiusdem vnã cum clauibus portarum ciuitatum deferens, Romam conuenit. Et ipsas claues tam Ravennatium vrbis, quãq; diuersarum ciuitatum ipsum Ravennatum Exarchatus, vnã cum supradictâ donatione de eis à suo Rege emissa in Confessione beati Petri ponens, eidem Apostolo & eius Vicario sanctissimo Papæ, atq; omnibus eius successoribus Pontificibus perennitèr possidendas, atq; disponendas tradidit, id est, Ravennam, Ariminum, Pisaurum, atque Fanum, Cesenam, Senogallias, Esium, Forum Pompilij, Forum Liuij cum Castro Sassubio, Montem Feretrum, Acerragium, Montem Iucari, Serram castellum sancti * Mariam, Robium, Vibium, Gradum, Luceolos, Eugubium, * Comiaclum, necnõ ciuitatem Narniensem, quæ à Ducatu Spoletano à parte Romanorum per euulsa spacia fuerat inuasa. hæc Anastasius.

*Marini *Comaclium

Cæterum Leo Ostiensis [a] latioribus extendit terminis eiusmodi donationem Pipini, ait enim: Fecit autem idem inclytus Rex vnã cum filijs concessionem beato Petro, eiusq; Vicariis de ciuitatibus Italiæ & territoriis per designatas fines, à Luna cũ insulâ Corsica, inde Suranum, inde in montem Iuis denuo, Vercetum, Farnam, Regnum, Mantuam, & Montem silicis, simulq; vniuersum Exarchatum Ravennæ, sicut antiquitùs fuit cum prouincijs Venetiarum & Istriæ, cunctumq; Ducatum Spoletinum & Benuentanum. Eamq; donationem manu propriâ & filiorum, plurimorumq; Iudicum & Optimatum subscriptione roborauit. Demũq; idem Rex vna cum Romano Pontifice in Italiam venens, Ravennã & alias viginti ciuitates eidem Aistulpho memoratò sublatas Apostolicæ Sedi subiecit, cuius rei gratiâ Romanus Patricius constitutus est. hæc Leo, non solùm post debellatũ hoc anno Aistulphum recensens ciuitates Romanæ Ecclesiæ redditas, sed & alias anteà eiusdem donatione collatas.

XXVII. [a] Leo ostiens. hist. Casin. lib. 1. c. 7. PIPINI DONATIO SANCTÆ ROMAN. ECCLESIÆ.

Sic igitur, secundùm illud Dauidicum [b]: Humiliasti sicut vulneratum superbum. Deus omnem barbari truculenti furorem non solùm compescuit, sed redegit in nihilum. Subiecit eum ipsi Pontifici, aduersus quem adeò ingẽtem conduxisset exercitum, & obsessum vndique coarctaret: qui & liberatus, & exaltatus, Petri occiuisse [c] nec potuit epinicia: Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis. & illud insuper carmen Dauidicum, ad Deum effuserit, cũ admiratione cantare [d]: Quãtas ostendisti mihi tribulationes multas & malas; & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me: multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me: nam & ego confitebor tibi in vasis Psalmi. sic vnã cũ vniuersa Ecclesia summas ipsi Deo gratias agens, ad restauranda loca sancta, quæ impius excusserat vel fuerat demolitus, se conuertit.

XXV-III. [b] Psal. 88. [c] Ad. 12. [d] Psal. 70

Contigit eodem anno, vt cũ mortuus esset in Gallijs, Carolomanus Germanus Pipini Regis, S. Bonifacius Episcopus Moguntinus peteret ab eodem Pipino Rege con-

PIPINVS CONFIRMAT DONATIONEM

NATIONEM CAROLOMANNI FACTAM FVLDENSI MONASTERIO.

firmari donationem factam ab ipso Carolomanno Fuldensi cœnobio, aliaque ipsi monasterio concessa priuilegia suis scriptis pariter roborare. Cui sanctiviri petitioni idem Rex annuens istas ad eum litteras dedit:

*Pipinus Rex Francorum V. C. Bonifacio Archiepiscopo & Legato Germanico ab Apostolica Sede directo.*

XXIX.

*Quia veneranda pietas tua nostram excellentiam postulauit pro monasterio, quod à te nouiter instructum est in solitudine Iuchonia iuxta fluuium Fulda in loco, quem beatæ memoriæ Carolomannus germanus noster legitima donatione tibi concessit, vt sicut ex auctoritate sancti Petri Principis Apostolorum, pro quo legat. one fungeris priuilegio Sedis Apostolicæ sublimatum esse constat, ita etiam nostra auctoritatis præcepto roboretur: placuit nobis petitioni tuæ assensum præbere. Et idèo hanc nostrâ præceptionis seriem ob honorem Dei & venerationem sancti Petri conscribi iussimus, per quam priuilegium Sedis Apostolicæ à beato Zacharia tibi collatum, cum consensu Episcoporum, cunctorumq; fidelium nostrorum per omnia roboramus, præcipientes, vt nullus sacerdotum in Regno nostro diuinitus nobis concesso, in præfato monasterio inquietationem alicuiam sibi vendicet præter Apostolicam Sedem, ita vt nisi ab Abbate monasterij fuerit mutatus, nec Missarum solemnia ibi quisquam præsumat celebrare: sed iuxta id quod subiectio constat Apostolicæ Sedi, firmitate priuilegij inconcusse roboratum permaneat. Loris et ainis & rebus, quas tam modernotempore tenet vel possidet, quam quas futuris temporibus iustitiis ipsius monasterij diuina pietas augere voluerit ex donis, oblationibus, decimis, fidelium, absq; vllius personæ contradictione, firmitate perpetua perfruatur. Si autem quisquam nostra auctoritatis præcepto repugnare voluerit, sententiam Apostolicæ districtionis, quæ in priuilegio expressa est, experiatur. Et tamen hoc quod ob amorem Dei & venerationem sancti Petri auctoritate nostrâ firmauimus, stabile permaneat manu nostrâ roboratum, & tam annuli nostri impressione, quàm fidelium nostrorum adstipulatione subnixum.* hactenùs Pipini ad Bonifacium missum priuilegium, haud diu ante martyrium ab eo consummatum, quod hoc anno fieri contigit Nonis Iunij. In quo planè mirandum, quod qui sæpè petijt missionem à Zacharia Romano Pontifice iam senectute confectus, vt quiescere iam posset in monasterio à se erecto hanc ob causam, vt senectutis veluti portum illud haberet: tamen illo constructo & in omnibus bene disposito, tantùm abest vt ad optatam contulerit se quietem, vt laboriosioris prædicationis susciperet onus, nempe vt animo promptiori difficillimamq; omnium subiret prouinciam Frisijs Euangelium prædicandi, qui illud sæpè ab alijs prædicatum, vt vidimus, sæpiùs abiecissent.

S. BONIFACIVS SVSCIPIT PRÆDICATIONEM AD FRISIOS.

XXX.

At decebat Apostolicum virum Apostolicos vsque ad obitum subire labores, atque demum Apostolatum suum relinquere, Apostolorum more proprio sanguine consignatum, vt nihil minùs haberet Germania ab alijs erectis ab Apostolicis viris Ecclesijs, sed perenni memoriâ, summâ gloriâ, tanto Apostolo gloriaretur & Martyre, à quo receperit Euangelium testatum sanguine, morte signatum, miraculorum sigillo munitum, atque etiam (ne quid deesset) scriptis multiplicibus roboratum: vt nonnisi procax & temerarius, proteruus atque sacrilegus, infidelis & perfidus, impius & execrabilis, nefandus denique ac diabolicus habendus is esset, qui dissoluere illud auderet, ac penitùs scindere. Ita planè censebit omnis qui rationis non sit penitùs expers.

GERMANORVM ECCLE. OMNIBVS DOTIBVS AVCTA PER S. BONIFACIVM.

At sanctissimus senis, designati Martyris, ad Frisios prædicationis gratiâ proficiscturi affectantes vestigia reliquas res gestas vsque ad consummationem martyrij prosequamur, quibus tanquam Apostolicis signis nobilitari nostros Annales, certò scimus, Inuicto igitur animo, diuini spiritus gratiâ roborato aggressurus S. Bonifacius illius conuersionē gentis Frisiorū, quæ fide Christiānā relictā, defecerat in Paganismum, obicem illū primùm inuenit, quòd Coloniensis Episcopus assereret, gentem illam, atque sedem Episcopalem constitutam Traiecti, ad suam diœcesim pertinere. Contrà verò Bonifacius asserebat, pleno iure spectare absque medio ad Romanam Ecclesiam cuius Legatus esset. Cuius controuersiæ causâ hanc scripsit epistolam, quæ in aliquibus codicibus appendi-

COLONIENSIS EPISC. PRÆTENDIT SIBI VENDICAT ECCLESIAM

pontur ad superiorem ad eundē Stephanum Papam datam in Vaticano autem hac inscriptione habetur notata:

*Venerando ac diligendo Domino Apostolatus primo gradu præditto Stephano Papæ Bonifacius exiguus Legatus vel sua Catholica & Apostolica Romanæ Ecclesiæ operabilem in Christo sanctam salutem.*

*Iam tempore Sergij Apostolicæ Sedis Pontificis venit ad limina sanctorum Apostolorum presbyter quidam nitæ disciplinæ & sanctitatis generis Saxonum, nomine Vuillebrord, & alio nomine Clemens vocatus, quem præfatus Papa Episcopum ordinauit, & ad prædicandum ad paganam gentem Frisonum transmisit in partibus Oceani Occidui, qui per quinquaginta annos prædicans profanam gentem Frisonum, maximè ex parte conuertit ad fidem Christi, fana & delubra destruxit, & Ecclesias construxit, & sibi Episcopalem, & Ecclesiam in honore sancti Saluatoris constituit in loco & Castello, qui dicitur Traiectum. Et in illa sede & Ecclesia sancti Saluatoris, quam construxit prædicans, vsque ad debilem senectutem permansit, & sibi * vbi episcopum ad ministerium plendum substituit, & finito longeua vitæ diebus, in pace migrauit ad Dominum.*

*Princeps autem Francorum Carolomannus commendauit mihi sedem illam, ad constituendum & ordinandum Episcopum, quod & feci. Nunc autem Coloniensis Episcopus illam sedem pro Episcop. Clemetis à Sergio Papa ordinati, sibi vsurpat, & asseruare dicit propter fundamenta cuiusdam destructæ à Paganis Ecclesiæ, quam Vuillebrordus dirutam vsq; ad solum in Castello Traiectorum reperit, & eam proprio labore à fundamento construxit, & in honorem sancti Martini consecrauit, & refert, quod ab eodem Rege Francorum Dagoberto Castellum Traiectum cum destructa Ecclesia ad Coloniensem Parochiam donatum cum condictione fuisset, vt Episcopus Coloniensis gentem Frisonum ad fidem Christi conuerteret, & eorum prædicator esset, quod & ipse non fecit, non prædicauit, non conuertit Frisones ad fidem Christi, sed pagana remansit gens Frisonum vsque ad tempora Pontificis Romani Sedis Sergius super addictum seruum Dei Vuillebrordum Episcopum ad prædicandum supradictæ gentis transmisit, qui illam gentem (vt præfatum sum) ad Christi fidem conuertit. Et nolo Coloniensis Episcopus sedem supradictis prædicatoris Vuillebrordi contrahere, vt non sit Episcopalis sedes subiecta Romano Pontifici prædicantis gentis Frisonum. Cui respondebam (vt credo) quod maxim & fortius fieri debeat præceptum Apostolicæ Sedis à Sergij Papa, & legatio venerandi prædicatoris Vuillebrordi, & vt sint episcopalis sedes subiecta Romano Pontifici prædicantis gentis Frisonum, quia magna pars illorum adhuc Paganica, quia destructæ Ecclesiæ fundamenta diruta & à Paganis conculcata, & per negligentiam Episcoporum derelicta, sed ipse non consentit.*

*Sed modò Paternitatis vestræ iudicio mihi indicare dignemini, & si hoc iustum sit; responsum & vobis placeat vt Coloniensi Episcopo redditi, & vestra auctoritate roborare, vt præceptum Sergij Papæ, & sedes illa stabilis permaneat. Si enim responsum vobis placet; adiuuare, si de seruis Ecclesiæ vestræ consultatis & mihi transmittere, quæ quid præcipit Episcopi à Bonifacio ordinato sanctissimi Sergium præceperit, & conscripserit, auctoritate sanctitatis vestræ contradicentes coniuere & superare valeamus. Si autem alter iustum sanctitati vestræ videatur; consultum Paternitatis vestræ insinuare mihi dignemini, vt sequar.* Hactenùs Bonifacij epistola ad Stephanum Papam, & nonnulla earum quæ reperiuntur ad Romanum Pontificem scriptæ; cùm tamen desiderari ea videatur, quòd eundem exorauit Pontificem Stephanum, vt occasione profectionis ad prædicandum Euangelium Frisijs, liceret libenter inquierare in sua Ecclesia Moguntina Lullum creatum Episcopum, qui relictum gregem fide ferè nondum cultus inter tot enim suos discipulos ipsum elegit, quem certè oportebat præstare prudentia atque scientia. At licet ab illo posset ipse Bonifacius ab ipso Romano Pontifice expetijsset, nunquam tamen potuit obtinere, quantùis enixis precibus exorasset, sic Deo disponente, vt mel Apostolatus muneri mancipatus, illud ad obeundum laborans impleret. Modò autem quod insistitus ad videretur exigere, nō amor quietis, vt antea, sed maioris laboris susceptio, quàm facillimè impetrauit; iniuria rei gratia voluit idem Bonifacius interpellare Pipinum

Francorum

Francorum Regem, litteris ea de re ad Fulradum eiusdem Regis Capellanum primarium datis, quæ cùm Dei beneficio adhuc extent integræ, ex scriptis citatis sæpe indicibus hic tibi reddimus, sic enim se habent ipsæ, quibus & eidem commendat Regi suos quos proficiscens reliquit discipulos præscius futurorum a:

*Bonifacius seruus seruorum Dei, gratia Christi Episcopus, carissimo consacerdoti Fulrado presbytero, perennem in Christo caritatis salutem.*

*Fraterna dilectione tua propter spiritualem amicitiam, quam sæpè in necessitatibus meis pro Dei nomine mecum fecisti, dignas gratias quantas meruisti, persoluere non possum. Sed Dominum omnipotentem deprecor, vt tibi in alto cælorum culmine mercedem premia in gaudio Angelorum æternaliter retribuat. Nunc autem in Christi nomine deprecor, vt quod bono initia cæpisti, cum bono finem perficias idem, vt meo verbo gloriosum & amabilem Regem nostrum Pipinum salutes, & illi magnas gratias referas de omnibus potestatis operibus, quæ mecum fecit; & vt illi referas, quid mihi & amicis meis similter esse videtur, quòd vitam istam temporalem, & cursum diurnum meorum per istas infirmitates citò debeam finire: Propterea deprecor magnitudinem Regis nostri pro nomine Christi Filij Dei, vt mihi meis viuentibus indicare & mandare signetur circa discipulos meos, qualem mercedem nostram de illo facere voluerit. Sunt enim penes omnes peregrini; quidam presbyteri per multa loca ad ministerium Ecclesiæ & populos constituti; quidam sunt monachi per cellulas nostras, & infantes ad legendum litteras ordinati: sunt etiam aliqui senores, qui longo tempore mecum viuentes laborauerè, & me adiuuabant.*

*De his omnibus solicitus sum, vt post obitum meum non dispergantur, sed vt habeant mercedem vestra consilium, & patrocinium vestræ caritatis, & non sint dispersi, sicut oues non habentes pastorem, & populi prope Marcam Paganorum non perdant legem Christi. Propterea admiratio vestra clementiam diligenter in Dei nomine deprecor, vt filiolum meum, & Episcopum Lullum, si Deus voluerit, & si clementiæ vestræ placeat, in hoc ministerium populorum & Ecclesiarum componere & constituere faciatis prædicatorem, & doctorem presbyterorum & populorum. Et spero, si Deus voluerit, quod in illo habeant presbyteri magistrum, & monachi regularem doctorem, & populi Christiani fidelem prædicatorem & pastorem. Propterea hoc fieri maximè peto, quia presbyteri mei prope Marcam Paganorum pauperculam vitam habent, panem acquirere ad manducandum possunt, sed vestimenta mutare non possunt, nisi alunde consilium & adiutorem habeant, vt sustinere & adiuuare in illo loco ad ministerium populi possint, sicut modo sicut ego adiuuo. Et spiritus Christi hoc vobis inspiraueri, & hoc quod peto consentire & facere voluerit: per hos Missos meos presentes, aut per litteras pietatis vestræ hoc mihi mandare non dedignemini, vt eo latior in mercede vestra vel viuam, vel moriar.* hæc ad Fulradum S. Bonifacius: qui cum haud obscuris verbis significarit, se ciro ex hoc sæculo migraturum, diuinum responsum de suo exitu accepisse, patet credere, sicut Apostolo Petro scimus reuelatum fuisse, quod ipse testatur dicens b: *Certus quòd velox est depositio tabernaculi mei secundùm quod & Dominus noster Iesus Christus significauit mihi.* Tamquàm igitur non amplius reuersurus Bonifacius cuncta disposuit. Qui enim post VVilibaldum res ab eo gestas est prosecutus, hæc ad finem habet:

*Antequàm autem tam periculosa se daret itineri, sciens desiderium id esse, si quis proprij post habitis omnibus, alienas curandas suscipiat, sanctum Lullum qui prædicationum & laborum eius comes extiterat, cunsque virtutes omni honore dignas nouerat, consentiente tum Pipino Rege, tum Episcopis, Abbatibus, canonicis & proceribus ad ipsum ducatum pertinentibus, per se Episcopum ordinauit: id quod iam antè à Romano Pontifice impetrarat. Deinde manu suâ apprehensum commendauit illum cunctis Principibus illic congregatis, vt ei tanquàm patri obedirent, & in omni necessitate adiutores sibi illi præberent. Postea ad Thuringos & Hessos accolas profectus, similiter fecit. Postremò ipsum sanctum Lullum adhortans ait: Quandoquidem tempus resolutionis meæ appropinquat, decreui proficisci quocunque diuina gratia visum est me mittere. Tu ergo, fili carissime, animarum mihi credatarum curam age. Tu populum ab errore reuoca: Tu ecclesiam basilicam meam apud Fuldam absolue, & illic corpus meum vbicunque tandem decessero, trade sepulturæ. Tum præterea da operam, vt habeamus itineri nostro necessaria, & linteum quo hoc dereptum corpus post obitum obuolutum, in libro rum meorum tibi cæ repone, hæc cum vir sanctus dixisset tametsi Lullus ab imo pectore multa traheret suspiria, & præ dolore nimio lachrymas cohibere non posset: non tamen ausus est quicquam se illi opponere.*

Habentur eadem in Vita S. Liobæ à Rodulpho iussu Rabani conscripta, in qua post narrata omnia quæ sunt transacta cum Lullo, auctor ista subijcit: *Cumq; hæc & alia huiusmodi ei mandata dedisset, accersitam ad se Liobam virginem, quam ex Anglia ad curandas Deo sacratas virgines vnà cũ alijs (vt dictum est superiùs) accersierat, exhortatus est terram peregrinationis suæ non deserere, nec assumpti propositi vigore lassescere sed quotidie bonum quod cœperat omni studio ampliare, dicens ei, corporis fragilitatem non esse considerandam, nec prolixa ætatis spacia computanda, nec ardnum virtutis suorum, nec grauem existimandum peruenienti laborem: præsertim cùm huius temporis spatia ad æternitatem comparata breuia sint, & non sint condigne passiones præsentis temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.*

*Commendauit autem illam Lullo Episcopo & senioribus monachorum sui aditi monasterij, qui aderant, monens eos, vt cum honore & reuerentia curam eius agerent: suaq; voluntatis esse affirmans, vt post obitum eius, corpus illius ad ossa sua in eodem sepulchro ponerentur, quatenus pariter diem resurrectionis expectarèt, qui pari voto ac studio inuita sua Christo seruiuerant. Quibus dictis, dedit ei vtcunque suam, iusta admonens atque contestans de non relinquendo peregrinationis suæ loco. Et sic præparatis omnibus, quæ in itinere necessaria erant, in Frisiam pertexit.* hæc in Lioba Rodulphus. quæ sequuntur ex rebus gestis Bonifacij sunt accepta.

*Paucis post diebus navim cum delectis ad illud iter sociis vir beatus ingressus per Rhenum alueum ad Frisonum regionem incolumis perlatus est. Vbi circumquaque progrediens verbum Domini cum multa fiducia prædicauit, & Ecclesias ingenti studio extruxit. Tantam autem gratiam contulit illi Deus, vt intra brevem tempus multa virorum ac mulierum millia cum suo socio Eobano baptizarit. Erat autem Eobanus, vt sua senectuti aliquod præstaret leuamentum, Episcopum Traiectensis instituit. Aderant verò etiam ei presbyteri tres & totidem diaconi, puta, Vunnibrogius, Vualterus, & Adalbertus, Sturchaldus, Hannuritus & Boso: Porrò Vualcerius, Gilderbertus, Vuillibertus & Adolphus professione erant monachi, cumque sequebantur. atque hi omnes vnanimiter cum illo laborantes in prædicatione Euangelij, meruerunt etiam palma martyrij esse consortes.*

*Cùm enim per latas ipsorum terras discurrissent, & ad Bortnam flumen peruenissent, quod est in confinio eorum, quos vulgari idiomate vocant Oestes, & Vuestericha, S. Bonifacius solo contubernio suorum stipatus insistebat ibi tentoria figi, volens in eodem loco baptizatorum sustinere adventum Confirmationis gratiâ. Iam enim appropinquabat dies eidem Confirmationi destinatus. Et postquàm adiuerat, sole iam summos occupante gradus, omnes illi, qui haud aliter atque filij à patre expectabantur, indigni percipere gratiam Spiritus sancti, quæ illo die per sacram Confirmationem offerenda erat, ex amicis in hostes, & ex neophytis in lictores mutati, cum ingenti strepitu armorum ad Sanctorum castra aduolant. Id cernentes famuli, sumptis armis contra illam furentis populi multitudinem Sanctos tueri nitebantur. At sanctus Bonifacius audito tumultuantis turbæ impetu, primò quidem ad spiritalia præsidia asylum confugit, Sanctorum reliquias, quas semper secum circumferre solebat, arripiens: deinde accitis ad se clericis, e tentorio processit, famulorij, ad resistendum paratos compescuit, dicens: Nolite quæso pugnare filij mei, nolite adversarijs bellum inferre, sed etiã pro malis bona exhibere. Iam diu optatus adest dies: iam tempus illud aduenit, quo delaboriosa sæculi huius arumna ad æternæ beatitudinis gaudia imitamur. Cur ergo tantam gratiam, tantam gloriam à vobis excludere voltis? imò verò confortamini in Domino, & oblata cælestis gratiæ munera gratis animis nos excipere patiamini. Sperate in Domino, & ipse nos de periculis omnibus eripiet.*

*His, & id genus alijs sermonibus compescuit ministros ab armis hostibus inferendis. Deinde etiam clericos cuiusq; ordinis patriâ & libera voce adhortans: Fratres carissimi, inquit, si qua domini cura amoris, si qua apud vos meorum admonitionum residet*

XXXV-II.

XXXV-III.

XXXIX

TRRVNT FRISII IN S. BONIFACIUM

XL.

memoriæ, hac hora tam declarate: in animum revocantes illa verba Saluatoris [a]: Nolite timere eos qui occidũt corpus, animas autem non possunt occidere, spei vestræ anchoram in Deo defigite, qui post vitam hanc momentaneam perpetuæ salutis brauium vobis rependens, ad ciuium superuenturũ consortium vos perducet. Nolite, obsecro, diuturna insultantium mentium * præmia in hoc temporis puncto amittere: nolite improbis Gentilium blandimentis & adulationibus enervari, sed præsentissimum hac mortis discrimen, quod nobis impendet, pro illum amore, qui nostri causa passus est, constanter & viriliter perferte, vt cum illo in æternum gaudere possitis.

[a] Matt. 10 BONIFACIUS HORTATUR. * præclia

XLI. MARTYRIUM S. BONIFACII.

Nondum verò sanctus Episcopus huius salutiferæ exhortationis verba absoluerat, cùm ecce furens illa Paganorum turba cum gladijs & omnis generis infesta armatura in eos irruit, eruentisque manibus barbarâ quadam feritate eos trucidat. Inde ad tentoria eorum properant, & tum libros, tum sacrarum reliquiarum capsulas secum auferentes, arbitrantes se magnos in eis argenti & auri thesauros reperituros. Mox ad naues adiolant, alimenta eorum exportant; & cum aliquid vinilis reperissent, hilariter inde potitant. Post eamter se tractant de diuidendo thesauro illo, quem se inuenisse falso existimabant. Cumq; longâ disceptione nihil inter se pacificè possent constituere, repentè inter illos immanis existit discordia, qua coufq; processit, vt eodem furore, eadem vesaniâ, ijsdemq; armis, quibus sanctos Martyres suæ salutis ministros iugulâssent, mutuò se conficerent. Eâ cade peractâ, qui ex ijs supererant, iterum spe pecuniarum incitati ad thecas illas properant, ijsq; confractis pro auro & argento codices & diuinæ doctrinæ chartas inueniunt. Tum furore & amentiâ pereiti, codices illos partim per campi planitiem, partim per paludes dispergunt, partim in loca incongrua abijciunt. Qui tamen beneficio Dei, vt cuius esset meriti vir sanctus innotesceret, post longa temporis spacia illæsi & immolati reperti sunt, & ad Ecclesias in quibus hodieq; manent, à singulis eorum inuentoribus reportati.

XLII.

In ijs autem repertus est sancti Euangelij codex, quem vir beatus pro sanctitate sua iugiter apud se ferre consueuerat; qui licèt ense acuto (vt etiam nunc videre licet) per medium sectus sit, nulla tamen littera eâ sectione abolita est. Eum librũ fertur sanctus Episcopus tum, cum in eius caput ensis vibraretur, scutio obiecisse, & protuendo capite (vt tali in periculo fieri solet) * vel pro spiritali clypeo. Et est sanè illustre miraculum, quo & Dei virtus, & beati viri sanctitas declaratur, in secto libro nullius littera abolitionem videri. Frustrati autem spe suâ carnifices illi, domum tristes abierant.

Vbi autem vicini Christiani eam sanctorum virorum necem perceperẽt, terras latronum illorum armata manu inuaserunt: & cùm se ad repugnandũ homines impij compararent, sed tanti sceleris conscientiâ pressi, nihil possent, in fugam acti, à Christianis interfecti sunt. Cumq; res illorum diripuissent Christiani, ad sua reuersi sunt. Ita qui saluti suæ nos infestos trucidare non sunt veriti, multis contritione contriti sunt, corporis in hac vita, animarum apud inferos. Non diu post Traiectensis Ecclesia clerici corpus S. Bonifacij Traiectũ deportarũt, & cum multa veneratione tumulârunt. Postquàm autem resumpt sanctus Lullus, conuocatis permultis tam clericis quàm laicis venerabilibus viris, indicauit eis necem S. Bonifacij, & quemadmodum Traiectis humatus sit: simul etiam exponens eis quo in loco se adhuc viuens iusserit sepeliri, petijt vt ad eius exequendã voluntatem ipsi velint adiumento esse.

XLIII.

Quomodo autem Dei nutu Traiecto Moguntiam, & inde Fuldam celebri pompa translatum sit, idem auctor pluribus narrat, itemq; de miraculis illic fieri solitis, atq; ad postremum hæc de tempore sedis eius, & necis habet: Vixit, inquit, in Episcopatu S. Bonifacius annos triginta sex, menses sex, & dies totidem. Passus est cum socijs suis Nonis Iunij, anno peregrinationis suæ quadragesimo. Incarnationis autem Dominicæ septingentesimo quinquagesimoquinto. hæc auctor, qui post eius discipulum VVilibaldum res ab eo gestas, additis epistolis prosequutus est.

Verùm quod ad præscriptum numerum spectat annorum triginta sex Episcopatus eius, totidem sunt non Episcopatus, ex quo videlicet ordinatus est Romæ à Gregorio nominis secundo, sed ex quo munus prædicationis accepit ab eodem, anno Redemptoris septingentesimo decimonono, vt superius demonstratum est: Episcopatus vero Moguntini quo à Zacharia Papa est creatus, octo anni decem numerantur.

Sed & corrigendus auctor, qui auxit Bedæ Epitomẽ, dum habet eundem S. Bonifacium Martyrem obijsse anno superiori septingentesimo quinquagesimo quarto, & quod addit, Redgerum post eum consecratum Archiepiscopum à Stephano Romano Pontifice; maior a mihi est nobis auctoritatis, qui eius Acta prosecutus est VVilibaldus eius discipulus, imò & Bonifacij ipsius scripta epistolæ, & auctor qui in meliorem stylum commutat atque auxit vitæ ipsius historiam. Quod autem in Notis ad Martyrologium de anno obitus Bonifacij priori sententiæ inhæsimus, quæ apud Bedæ Epitomen expressa habetur, per ista emendari volumus. Sed non præterendum, quòd apud eundem Bedam numerantur quinquaginta tres Martyres, qui in itinere comites Bonifacij, vel cum eo æquè tunc subiêre martyrium. Quorum omnium natalem diem, qui contigit Nonis Iunij, notatum reperimus in tabulæ Ecclesiasticæ, & præter Bonifacium nomine expressum quoque Eobanum habent, atque annis singulis publicâ memoriâ in Ecclesia repræsentant. Præter VVilibaldum, & qui cum secutus est, auctorum, reperimus scripsisse vitam eiusdem Bonifacij heroico carmine Rudolphus Rabani discipulus.

Non omittemus dicere recitari in Concilio Trinensi scite dictum Bonifacij, de antiquis sacerdotibus aureis, in calicibus ligneis, & recentioribus ligneis, in calicibus aureis celebrantibus. ita Sanctus, cùm hoc temporis sacerdotum ignauiã deploraret. Sed de Bonifacio recipiat, ipsum simulac martyrio coronatum innotuit, à Ecclesia Catholica in album Martyrum fuisse relatum, eiusque diem natalem solemni ritu in Francorum Regno potissimum celebrari cœpisse; quod intelligi ex ijs, quæ obiter à Lupus Ferrariensis, qui sub Ludouico Pio clarus, scribens ad Einardum (idem dictus Eginhardus) qui fuit à secretis Carolo Magno, docet his verbis: *Sancta Bonifacius, postquam egressus à palatio, fuit recepit per id tempus ipse propter legationem sibi commissam, ad Liquidum sine mora pervenit, atque ob eam rem hortatus est, vt redeunt mecum ad Natalem differrem, quando solemnitas Bonifacij se adesse nonnisi fuerit nisi fortè ipsi quoque Imperatori insinuem, & ea quæ gratiosa præmiscat et auctoritas.* hæc ibi. Quibus significatur festa dies natalis S. Bonifacij fuisse Francis solemnissima.

Sub hoc anno notata accepimus à docto viro Duarte Frontone Societatis Iesu ornatissimo professore eruta ex codice peruetusto capitula quædam à Pipino Rege facta, quorum est titulus: *Incipiunt capitula de alia Synodo sub Domino Rege Pipino facta.*

*Si homo incestum commiserit, &c.* pluribus cohibentur peccatis: inquinamenta carnis, quæ infelicitatem hujus temporis repræsentant; quibus resecandis adhibitus est cruentæ gladius. ista omnia à Pipino facta videntur ante expeditionem in Longobardos adornatam, vt peccata cohibendo faceret sibi Deum propitium, & beneficentia adiuuando conciliaret sibi à Deo auxilium adiutus hostium. nam in eodem conuentu hæc statuta leguntur pro facilitate peregrinationem ad loca sancta.

*De peregrinis humiliter consistentibus, qui propter Dominum ad Romam, vel alicubi vadunt: vt ipsi per nullam occasionem ad ponter, & ad Ecclesias, aut mansio detineatur propter sportas, aut nullus peregrino calumniam faciat, nec vllam telonium exigat. Et si quis hoc fecerit, quadraginta, homo bos comprobauerit, de singulis solidis, quos soluere debet qui hoc fecit, triginta solidos accedimus, & illi alij in sacello Regis veniant.* Sic igitur Pipinus dum pietatis ergo peregrinantibus Romam propitiis, securitatis aperit sibi viam, vt inter hostes liber atque securus Romam veniat, vt suo loco patebit.

Quod ad res Orientales pertinet, hoc anno Pauliciano rum hæresim, eandem & Manichæorum in Thracia propagatam esse, Theophanes auctor est. Ita Imperator omnem errorem in Orientalem indici Ecclesiam pulsus est, inventus tantum ipse ad destruendum cultum sacrarum imaginum. Porro de Pauliciana superius sæpe dictum est.

Sed

Sed quæ perlectio, & disperiio Orthodoxorum ſi-cuta ſit pſeudoœcumenicum concilium anno ſuperiori celebratum, auctor qui his intererat, proſequutus acta inſignis Martyris Stephani iunioris, narrat his verbis: *Cernere erat audacſuma illa facinora, atq; impietatem omnem excedentia, quæ ſine ullo metu perpetrabantur. Nam & ſacroſancta vaſa ab venerandarum imaginum pictura pedibus obterebantur, & templorum decor & pulchritudo, quam ſacratum imaginum pictura parebant, partim abradebatur, partim calce illinebatur. etenim vel Chriſti, aut Matris illius, aut Sanctorum imago erat, vel in quem conijciebatur, vel pulverem redigebatur, vel certa alteria opere inducebatur. At vel arbori aut animi, aut beſtiarum cibatus, aut etiam ceruis ac venationes pictæ erant, his nimirum parcebatur ac ſummâ curâ proſpiciebatur. Quo & Eccleſia tota ea vnatur, quem ipſa ſacra imagines offerebant, ſpoliabatur, & tanquam ſpuſca conuiuge orbata maſta & ſqualida atque incompta ſemebatur.*

*Quis autem temporis illius calamitatem ſatis dignè deplorare queat? quæ lingua quæ perpetrata ſunt, vllâ ratione complecti poſſit? Quæ autem plaudat & ſedatè huiuſmodi narrationem accipiet? Tempeſtuum ſolicit tunc erat Propheta verba cum lachrymis ſupare: Peregit ſanctum de terra, & qui bonum agat inter homines non eſt. b In ſecuris enim & aſcia Eccleſiæ Chriſti portas confregerunt, atq; igne ſanctuarium ipſius incenderunt. Quænam alia myſtica ſenſu porta hic eſſe queat, quam diminutum imaginum pictura? Nam camenti adamu ad exemplar aperti, ac per ea quæ in ſenſum cadunt, ad ea quæ intellectu percipiuntur, introeuntur. Nam alioqui materiam non adoramus, quemadmodum impij facere videmur. Sed ſpiritalem adorationem ad eam rem, quæ figura exprimitur, per picturam referimus. Siquidem imaginis honor (vt cum Baſilio loquar) ad exemplar aſcendit, atq; hoc ratione Crucem, ex quacunq; tandem materia conſtructa ſit, adorandam didicimus, vt non ipſi materiæ ſed ei affixo cultum exhibamus.*

*Illum porro venerandæ Crucis imago eſt omnis ad exemplaris formam depicta materia. Neque enim illud dumtaxat lignum aut Chriſtus affixus eſt, adoramus dedicimus, verum alia quæque omnia, quæ ad Crucis formam expreſſa ſunt. Quamobrem ant diuini ligni forma cultus negetur, aut etiam Chriſti & Sanctorum imaginum honor habeatur. Atque hæc à me relata per digreſſionem dicta ſint, vt iſtos ab Orthodoxa doctrina procul abeſſe demonſtremus. Nunc verò eò, vnde huc deflexit oratio conuertatur.* Perpetrabantur diſperſione facta ſanctorum monachorum, qui ciuitates incolebant ad montana, deq; his potiſſimum agit, qui contigerunt ad montem ſancti Auxentij, de quo diu antè, cum de Synodo Chalcedonenſi actum eſt, diximus. Ibi enim morabatur magni nominis Stephanus monachus, in quem (vt ſuo loco dicemus) idem Imperator dira prœlia concitauit. ait igitur: *Ad hunc modum Eccleſia laborante ac malè affecta, pœnum multitudo in ſummo conſiſtere & mœrore verſabatur. Ac potiſſimum ſacrum monachorum agmen, vtpote quod Orthodoxam Fidem arctius complectebatur, ita tamquam ex compacto, tum Byzantio, tum aliis Europæ vrbibus ac Bithynia excedentes ad Auxentianum montem ſe contulerunt, ac beatum Stephanum adeuntes, ab eo petebant, vt ducem ſe illis præberet, eoq; conſilio iuuaret. Loquere (inquiebant) è patet, ſiquid in te conſolationis ſermo eſt, mentemque ingenti mœſtitia oppreſſa cohortare, titubantem animum ſolitæ humani metu labeſactatum de ipſo ſalutis capite periclitatur, ac pietatem prodat.*

Quemnam ſermonem tunc ad eos habuit ſanctus martyr candidatus, idem auctor refert cui potuit intereſſe. Præterimus eum inuiti, breuitati conſulentes, illa tantùm quæ poſt habitum ſermonem locutus eſt, oſtendens quo ſe conferre deberent, hic reddimus ex eodem auctore, dum ſubdit:

*Hæc, & alijs huiuſmodi ſermonibus ad monachorum, qui & ipſi lachrymis madebant, cæterarum vſus Stephanus, hæc verba iniſper adiecit. Ad hæc tres partes quæ nefaria hæreſis labem minimè contraxerunt, vt fugiatis, conſeo. Neq; enim alius locus eſt, qui quidem ſub Ecclaeum huius Imperio ac potentatu ſit, qui ab eius veneno parum manſerit, quam ea quæ ad aciem Pontis Euxini ſunt, hoc eſt, Zuchia, & Cherſonus, & Bajſbori, & Nicopſis & Gothia, atque ea item quæ ad Paribeum mare ſe porrigunt. Quin & id quod in antiquorum Roma declinat eſt, ac Nicopolitana, & Neapolitana Metropolis, quæque ad Romanum vſque flumen protenduntur. Sed & Lycie prouinciæ ſtimata, hæc e.D. ex Sylei ſicu, ac denique Cypria inſula, quæque à regione ipſius ſunt vſque ad Tyrum & Iappen. Ha, inquam, partes ab execrando hoc dogmate pura perſiſtentur.* pergit dicere de Romano Pontifice & tribus Patriarchis, Alexandrino, Antiocheno, & Hieroſolymitano, qui ſuis ſcriptis eandem hæreſim proſciderunt, quæ nos anno ſuperiori, opportunâ occaſione poſuimus. & poſt hæc idem auctor.

*Hæc, inquit, verba, vt pius ille cœtus audiuit, pluimque vitam velut extremum illo tempus atq; complexus eſt, ad loca quæ cuique commodior aut viſa ſunt, ſeſe contulerunt, in hoc quoque videlicet Chriſto obtempe antes: quippe qui eos qui perſecutionem patiuntur, ex vna vrbe in aliam profugere iubeat: quandoquidem minimè timuerunt, vt ipſi noſmet in pericula conijciamus; quemadmodum contra reprehenſione non caremus, ſi in periculo conſtituti animiſ deſponderemus. Spectabatur itaq; hoc antium, velut in expugnatione quadam captiuitate oppreſſum, monaſticque habitu prætuum, & tanquam in ſqualorem redactum: ſubliato nimirum atro calate, qui prius ad vrbis ornatum albo mixtum erat. Etenim alius ad Euxinum Pontum naui gabat, alius ad Paribonium pelagus omni feſtinatione contendebat, alius Cyprum petebat, alius ad antiquorem Romam properabat.* hæc ibi, & alia quæ ſuo loco reddita ſunt ſuperius, auctor habet.

## IESV CHRISTI
### Annus 756.

STEPHAN. PAP. III. Annus 5. — CONST. COPRON. IMP. Annus 16.

I. QVI ſequitur annus Redemptoris ſeptingenteſimus quinquageſimus ſextus numeratur Indictione nonâ, quo Aiſtulphus Rex Longobardorum, vlciſcente numine, male periit: poſteris Principibus relinquens exemplum, maximo ipſorum damno Eccleſiaſtica iura tentati.

OBITVS AISTVLPHI REGIS.

Ne igitur rurſum ea quæ benè à Rege maximè pio Pipino conſtituta eſſent, eiuſdem perfidia Aiſtulphi labefactata corruerent, diuinâ prouidentiâ factum eſt, vt fidiſragus ille e medio tolleretur hoc ipſo anno. de quo audi Anaſtaſium rem magnam pauci iſtis proſequentem: *Dum ergo hæc agerentur, ipſe infelix Aiſtulphus, quodam loco in venationem pergens dum in iſtu percuſſus, defunctus eſt.* Sic igitur occidit, vt interitus, qui aduerſus Deum, Sanctoſque eius Regni cauſâ ſæpè bella mouiſſet, Regno pariter priuaretur & vitâ: & qui eadem ex cauſa ſæpè pacta conuenta atque iurata confregerat, eadem ſuâ morte relinqueret confirmata. Sed exoritur inter Longobardos de ſucceſſore turbatio.

II. Carebat Aiſtulphus prole, quæ euehi poſſet in Regē, & frater eius Rachis iam illud pietatis cauſâ dimiſerat, monaſticam vitam profeſſus. Sed ei inſidias prauus dæmon ingerebat in aures, vt qui miſerat manum ad aratrum, retro reſpiceret, ne heret aptus Regno Deiſcique egit, vt ad temporale Regnum oculos animumque conuerteret: ſed cito obſtitit ſummus Pōtifex Stephanus, qui Ducem Tuſciæ Deſiderium multa ſpondentem Eccleſiæ in Regem promouit. Anaſtaſius enim cœptam proſequutus hiſtoriam, ait: *Tunc Deſiderius quidam Dux Longobardorum, qui ab eodem nequiſſimo Aiſtulpho Tuſciam partes erat directus, audiens præfatum obiiſſe Aiſtulphum illicò aggregans ipſum Tuſciæ vniuerſum exercitu multitudinem, Regni Longobardorum arripere niſus eſt feſtigium. Cum perſonam deſpectus habens Rachis dudum Rex poſtmodum monachus, germanum præfati Aiſtulphi, ſed & alios plures Longobardorum Optimates cum eo eundem Deſiderium ſpernentes, plurimam trans Alpes velcatera Longobardorum loca exercituum multitudinem aggregantes: ad dimicandum contra eum profecti ſunt.*

DESIDERIVS REGNVM INVASIT ET RACHIS RESTITIT.

III. *Ad hæc præfatus Deſiderius obnoxiè præfatum beatiſſimum Pontificem deprecatus eſt, ſibi ferre auxilium, qualiter ipſam*